

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Ad Daniam et Danos integros excusatio

Citation: Brahe, Tycho: "Ad Daniam et Danos integros excusatio", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 213. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-workid54787/facsimile.pdf> (tilgået 27. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

[E codice Vindobonensi lat. 10686<sup>o</sup>]11<sup>v</sup> AD DANIAM ET DANOS INTEGROS EXCUSATIO.

**D**ANIA sis facilis, non te, mea patria, tango  
 Nilque vices nostræ minus æquas imputo fortis,  
 5 Nec quod ego immerito peregrinis verber in oris;  
 Chara mihi, velut ante, manes, quia noxia non es,  
 Rexque tuus magni Friderici splendida proles,  
 Christianus numero quartus, nihil intulit ultro  
 Damnosi nobis, sed enim clemente favore  
 10 Ufus erat, quem forte dies auxisset in omnes,  
 Ni malefunda suis vetuisset lingua cavillis,  
 Vosque alij, Virtutis amor cognataque recti  
 Integritas quibus est cordi, de stemmate claro  
 Innumeri populique omnis, nihil inde moveri  
 15 Convenit, exponant quod nostros carmina casus.  
 Vestra etenim non ulla lubeat hic culpa; doletis ||  
 12<sup>v</sup> Quin potius, gratum quod sic avellere membrum  
 Tres quatuorve viri invisi potuere, quid atrox  
 Non agit invidia et nummorum insana cupido?  
 20 Quid non inciticia et vacui censura cerebri?

T. B. F.

[E codice Vindobonensi lat. 10686<sup>o</sup>]12<sup>v</sup> DANIA AD TYCHONEM BRAHEUM SUUM  
ALUMNUM.

**S**I labor et virtus, meriti si gratia Celsi  
 Pondus habere queant, non te Braheia proles  
 Ora Bohemorum nostro cum lare teneret.  
 Quo recti favor et constantia cessit avita?  
 At quia sic non æqua mihiq; tibi que tulere  
 30 Fata, vel illorum potius qui fata gubernant  
 Publica, nullus amor doctrinæ, quosque fatigat  
 Livor iners et opes glomerandi sacra cupido,  
 Esto animo forti, velut es: fert omnia Virtus  
 Intrepide, nec dura timet, quia nescia frangi.  
 35 Tandem tempus erit, quo cæcutijse pudebit  
 Nostrates, quos culpa manet, vel nunc pudet ultro,  
 Dißimulent quamvis taciti cælentque dolorem.  
 Nam magnis errare viris non competit, imo  
 Errori facilem nôrunt inducere fucum.

Jura